

De εἰς vocabulo adnotatio grammatica.

In Axiocho qui fertur Platonis Socrates, ut consoletur Axiochum in ipso mortis articulo mori vehementer timentem saepius

Epicuream illam ei inculcat ratiunculam, cum post mortem sensu carere se putet, non posse eum timere ne quid mali sentiat; oriri autem timorem illum inde quod, etsi mortem sensu carere dicat, non eximat tamen omnem sensum e morte: 370^a ἀρχὴν γάρ, ὦ Ἀξίοχε, μὴ συνυποτιθέμενος ἀμῶς γέ πως μίαν αἰσθησίν, κατὰ τὸ ἀνεπιστήμον, οὐκ ἂν ποτε πτυρεῖς τὸν θάνατον. Suo iure se hoc non intellegere dicit Carolus Buresch (*consolationum a Graecis Romanisque scriptarum hist. crit. studd. Lips. IX 102 adn. 1*); quid enim est, quod unum sensum συνυποτιθέσθαι Axiochum Socrates dicat? Itaque dici debuisse ratus 'nisi quodam modo novum (i. e. alterum) sensum simul poneret, haud timeres mortem' scribendum esse coniecit μὴ συνυποτιθέμενος ἀμῶς γέ πως νέαν αἰσθησίν. Diu ego nihil hac coniectura certius duxi; tum aliquando apud Aelianum *var. hist. X 18* de Daphnide legi haec: βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνης ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία. Quibus in verbis cum μία aperte pronominis indefiniti vice fungeretur, eundem in sensum etiam in Axiocho apte poterat accipi; quidni enim Socrates dicat: 'nisi — qua es imprudentia — quolibet modo sensum aliquem occulte simul induceres, non credo reformidaturum te esse mortem'? Neque tamen uni illi loco multum tribuebam, donec apud Plutarchum legi in Aristide 11 τὸ τῶν Σφραγιτίδων νυμφῶν ἄντρον ἐν μιᾷ κορυφῇ τοῦ Κιθαιρῶνός ἐστιν. Iam vero et illud recordabar adiuncto genetivo partitivo sescenties εἰς inveniri pro τὶς et cum edoctus essem ab homine linguae Neograecae perito fungi apud Neograecos articuli indefiniti vice ἕνας, μία, ἕνα, idem huic vocabulo accidisse quod latino *unus* et nequaquam tollendum esse eius usus vestigium intellegebam. Itaque plura exempla circumspicere coepi; suppeditabat autem pauca quaedam Stephanus, ego quae repperi omne commentariorum genus perscrutatus — egerunt autem de hoc usu primus Henricus Stephanus in libro qui inscribitur *traité de la conformité du langage françois avec le Grec* Par. 1569, ultimus Hatzidakis *introduc. in gramm. Neograec.* (Lips. 1892) p. 207 — liceat hoc loco in unum conspectum proferre. Primus igitur testis citandus est Aristophanes av. 1292 πέριξ μὲν εἰς κάπηλος ὀνομάζετο χωλός; nam equ. 400 εἶσε μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κῶδιον utrum ἐν an ἐν scribamus, penes nos est. Proximi secuntur intervallo satis longo LXX interpretes: Gen. 21, 15 ἔρριψε τὸ παιδίον (ἢ Ἄγαρ) ὑποκάτω μιᾶς ἐλάτης, Regg. II 2, 18 Ἀσὰλ κούφος τοῖς ποσίν αὐτοῦ ὡσεὶ μία δορκὰς ἐν ἀγρῶ; plura non adfero, quia facili opera uniusquisque concordantia usus Lanckiana invenire potest. Apud alios scriptores repperi haec: Aesch. ep. 10, 9 ἅπαξ διελέχθην παιδί ὑπερῶν τε ἤδη καὶ λουομένην αὐτὴν μετὰ μιᾶς γραδὸς ἰδῶν. ev. Matth. 8, 19 καὶ προσελθὼν εἰς γραμματικὸς εἶπεν αὐτῷ. 21, 19 καὶ ἰδὼν συκὴν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἦλθεν ἐπ' αὐτήν. apocal. 8, 13 καὶ ἤκουσα ἐνὸς ἀετοῦ πετομένου ἐν μεσουρανήματι λέγοντος φωνῇ μεγάλῃ. Plut. Crass. 4 πρὸς δὲ τὸν Οὐίβιον ἔπεμψεν ἕνα δούλον. Cat. min. 16 Λόλλιος εἰς συνάρχων τοῦ Κάτωνος ὑπ' ἀθθενείας ἀπελέλειπτο τῆς δίκης.

Arollod. I 4, 3 ὁ δὲ ἐπὶ τὸ χαλκεῖον ἔλθων καὶ ἀρπάσας παῖδα
 ἕνα ἐκέλευσε ποδηγεῖν. act. Io. 159, 1 Z. ἦν δέ τις ἐν μιᾷ
 κώμῃ ἱερεὺς τοῦ Διὸς ὀνόματι Εὐχάρης. Eunap. Iul. 126 καί
 που καὶ διαλέξεως μιᾶς διαβολή τις ἐγκατεσπείρετο τῷ προ-
 ομιίῳ. Ach. Tat. I 1 ὀχνηγὸς περὶ μίαν ἀμάραν κεκυφώς.
 Long. IV 8, 3 κρεμᾶ γέροντα ἄνθρωπον ἐκ μιᾶς πίτυος. chron.
 rasch. 594, 18 λαβὼν εἰς Γότθος λίθον ἔδωκεν αὐτὸν κατὰ
 τῆς ἀκοῆς. 608, 8 εἰς Μαῦρος ἔρριψεν (λίθον) ἐπάνω τοῦ
 βασιλέως Ἀναστασίου.